

Zmo

VEXILLVM
RADVANVM

AVITA GENERIS NOBILITATE
ORTHODOXÆ RELIGIONIS GLORIA
HEROICORVM IN REMPUBLICAM MERITORVM SPLEN-
DORÈ ILLUSTRATVM

In Funere

ILLVSTRISSIMI DOMINI
NICOLAI
VLADISLAI

COMITIS IN MYSZ

IVDYCKI
CASTELLANI

NOVOGRODENSIS, EQVITIS ME-
LITENSIS, PRÆFECTI GENERALIS ARMA-
MENTARII M. D. L. COMMENDATORIS
STVOŁOVICIENSIS. &c. CAPITANEI SKIR-
STVOMONEN: &c. COLONELLI S. R. M. FVN-
DATORIS MVNIFICENTISSIMI COLLEGII

*Myszensis Societatis IESV,
ERECTVM.*

Atque ab eodem Collegio.

Illustrissimæ Iudicciorum Familiæ
ad leuamen domestici Luctûs

REPRÆSENTATVM.

VILNÆ Typis Academicis Societatis IESV,
Anno Dni 1671. Mart 16.

Zmo



Laudabilis vena suam seruat originem, &
fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosâ
transmissione promeruit.

Cassiod. lib. 3. ep. 1.



10372

BA 311073-10



203517

NVC

I N M

ICN

EM

PG

A

M

D

L

C

S

ET

P

C

S

C S R M



A D
I L L V S R I S S I M A M
I V D I C C I O R V M
F A M I L I A M



Mmortalia IVDICCIANI sanguinis, & honoris decora, in RADVANO vexillo gentilitij vestri stemmatis, heroicorum facinorum coloribus expressa, & diuinis virtutibus ILLVSTRISSIMI DOMINI NICOLAI VLADISLAI COMITIS IN MYSZ IVDYCKI CASTELLANI NOVOGRODENSIS &c. animata; nusquam melius lucere poterunt venturis ætatibus in exemplum, quam inter domesticæ auitos gloriæ splendores collocata ILLVS, TRISSIMÆ PROSAPIÆ HÆREDES, HEROES, QVE PRÆCLARISSIMI. Habet enim nescio quid consanguinæ virtutis per similia exempla comparatus nitor, vt etiam vel maximis fraternis fulgoribus lucem addat, dum suæ participationem claritudinis non denegat. Vobis igitur VEXILLVM vestrum sistimus, vt qui maiorum vestrorum præclara vestigia secuti, Patriæ in columitatem inter bellorum atrocissimas tempestates & armis & viuidis consilijs, ad tranquillitatis portum prouehere nunquam destitistis; in illud quoque gloriæ vestræ radios reflectatis. Et quamuis Vexilli vestri gloria post edomitos per cruenta bella Patriæ hostes, post edita in Martio campo militaris fortitudinis varia prodigia, post diffusos nobilitatis suæ per Europam fulgores, in tantam iam excreuerit amplitudinem claritatis; vt Orbi illustrando sufficiat; à vobis tamen nouis susceptis splendorum luminibus, amplius irradiari vltro gaudet; dum in communi domestici luctûs mærore, ex obitu ILLVSTRISSIMI DOMINI NICOLAI VLADISLAI IVDYCK

DYCKI CASTELLANI NOVOGRODENSIS
oborto, vobis quoque abstergerendi doloris vberem
materiam exhibet. Equidem diffiteri non possumus
acerbissimum *ILLVSTRISSIMÆ* Familiæ vestræ in
flictum vulnus, Parcarum violentâ inclementiâ è vi-
uis sublato *ILLVSTRISSIMO CASTELLANO*; su-
perstes tamen recte factorum gloria, immortale vir-
tutum decus, relicta pietatis trophæa, factorum clas-
dem, reposito fœnore abundè compensant: non totus
sanè in potestatem mortis concessit, qui maiore sui
parte immortalitatem nominis apud posteros iam oc-
cupavit: viuit etiam post fata, quem *SENATORIVS*
Ordo, nobilitatis suæ ornamentum, *REGES* potesta-
tis subsidium, *PATRIA* felicitatis tutelam, *ORTHO-*
DOXA fides gloriæ suæ propagatorem deprædicant.
Hæc decora *ILLVSTRISSIMÆ* familiæ Vestræ, Vos
magnanimi *IVDICCIANI* sanguinis hæredes, in vexil-
lo *RADVANO* intuentes, animum pulcherrimis he-
roicorum factorum exemplis occupatum, facile à
mæroris nube expedietis. Interim Collegium *MY-*
SZENSE Societatis *IESV*, vestri sanguinis immor-
tali beneficiâ ad communem Patriæ utilitatem
erectum, subquè vestri fauoris & patrociniij benefi-
cam umbram sponte inclinatum, eo studio fouete, quod
ab Illustrissimo Domino Nicolao Vladislao
Iudycki Castellano Nouogrodensi,
FVNDATORE conditum fuit.

ILLVSTRISSIMÆ FAMILIÆ

Ad obsequia deuotissimum

**Collegium Myszensse
Soc: IESV.**

VEXILLI RADVANI

AVITA GENERIS NOBILITAS



Qvod Theodosius olim Imperator, in funere bellicissimo exercitus sui Ducis, fecisse memoratur; id nos modo in funebri pompa & sepulchrali apparatu ILLUSTRISSIMI DOMINI NICOLAI VLADISLAI IVDICKI COMITIS IN MYSZ, BOVITIS MELITENSIS, PRÆFECTI GENERALIS ARMAMENTARII M. D. L. CASTELLANI NOVOGRODENSIS &c. iure merito imitamur. Ille post exolutum christianæ pietatis obsequium, inter armatas cohortes, militari cultu insignis, ad sonitum martialium tubarum, grato murmure plaudente sibi exercitu, tumulum demortuo Amico composuit; & loco Pyramidis sepulchralis, quæ nobile nomen Ducis & præclara bellica facinora posteris testaretur, eidem tumulo Imperiale vexillum infixit, in quo palmaribus literis legebatur expressum, breue quidem sed nervosum Elogium, PVBLICA SALVS: Nosdam Illustrissimis manibus iusta persoluimus, inter parentales lacrymas & suspiria, grati memoresque, in tumulo Munificentissimi FVNDATORIS vexillum gentilitij, stemmatis Illustrissimæ Iudiciorum Domûs, in quo & PVBLICA SALVS Regni, & Catholicæ Religionis amplissima decora & Nobilissimæ Prosapia heroica facta adamantinis magnanimæ fortitudinis characteribus expressa cernuntur, in monumentum æternæ famæ, ad perennem posteritatis memoriam erigimus, & collocamus.

Exornent alij sepulchra Regum ingentibus Obeliscis,

B

liscis,

phalem familiae nobilitatem, triumphalibus in Re-
publica honorum titulis & factis subnixi, contendistis:
vuetis in animis & memoria populorum, & quoties
RADVANI vexilli gratissimus aspectus oculis intuentium
se se obijciat, immortalium laudum praeconio exor-
nari in calum usque; feremini ob auiti generis & RA-
DVANI stemmatis nobilibus ausis Illustratum decus.
Bene est. Fausta omnia ominare Nobilissima IV-
DICCIORVM Profapia, quae in RADVANO vexillo nobili-
tatem tuam ostentas: signum hoc ex quo in LABARA
Romanorum calitus submissum conuolauit, nun-
quam interrupto felicitatis cursu bellatrices Ausoni-
dum Aquilas ad perpetuos triumphos erudit, Tibi quo-
que a maioribus Tuis in stemma porrectam ad im-
mortalitatem nominis viam pandet. Obarmet parrici-
dali ferro inimicum latus efferus Maxentius in cla-
dem pij Constantini; stringat barbaram dexteram in-
noxij sitibundum sanguinis gladium; truculentus ra-
piat Vatinsano odio afflatus cohortes, VEXILLVM
Crucis, felicitatis omen, imperij salus, inter volitantia
tela Constantinum seruat incolumem, in campo Bel-
lonae & Martis per occisorum cadavera viam munit ad
palmas, in Oceano hostilis cruoris, Romani solij pur-
puram ominatur, trahit vel iouitum per calcata cae-
sorum Ducum capita ad Capitolij triumphale cul-
men, ad Regalis potentiae laureatos fasces: Idem RA-
DVANI quoque VEXILLI genius est, tuetur, quos or-
nat, transfundit in venas cum sanguine ad maxima
quaque agenda desiderium, inter arma victorias &
triumphos, in pace honorum culmina obtinet. Ape-
ritur sane hic mihi vastissimus campus excurrendi in
laudes Illustrissimae Familiae Iudiciorum, dom in-
numeros plane heroes Iudiciani sanguinis sub vexillo
RADVANO. in summis honoribus constitutos, Patriae
prodesse ad felicitatem, Familiae lucere in exemplum
cerno: Tu tamen praeceteris primus laudandus oc-
curris

occurris qui primus è solo Polono in cœlum Lituanum *RADVANI* vexilli & auitæ nobilitatis splendorem inferens Illustrissimæ Iudiciorum Familiæ auspiciatissimus phosphorus præluxisti. Mutasti Tu quidem natalis soli stationem, ad noua gloriæ incrementa sub peregrini climatis fauentium fideum benigno aspectu colligenda; animum tamen semper heroicum, & vtriusquæ fortunæ capacem, & firmissimè retinuisti, & in posteros magno cum prouentu vltioris felicitatis deruasti: bellicis artibus innutritus, studia pacis non respuens vtramque spartam seu miles in sago, seu ciuis in toga mirifice exornasti. In Aulis magnorum Ducum comitate morum, claritate originis inter alios spectabilis, apud nobilitatem gratiosus, in Martio campo ad arma promptus, robore hostibus metuetudus. Meruisti bellicâ virtute & præclaris contra Patriæ hostes expeditionibus, vt stemmatis auiti Crux in sagittam beneficio Regum commutaretur, non quia Crucis inimicus vel Cruci inuisus vnquam extiteris, sed vt gloriâ Crucis & bellicis instrumentis in prælio inuictus miles, & facundi oris eloquio in Tribunalibus & Regni Senatu ceu potenti sagittâ Christianus Tullius aduersus inimicos Crucis fortiter propugnares. Stant nomini Tuo Magnanime hæros, tot erecta trophæa, quot Illustrissima *IVDICIORVM* familia magnorum honorum in Republica titulos in posteris tuis sæcundo sinu complectitur; quorum vel sola nomina ad calculum reuocare panegyres texere est. Illi hæreditario quasi in familiam iure translato *RZECICIENSES SVBIVDICES* Nobilissimi *IVDICES* integerrimi, id est Lituanæ Orbis noui Numæ Pompiliij, Licurgi, Solones: eorum æquitas in discernendo, libertas in proferenda sententia, constantia in propugnandis sancitis legibus, nec importunis nobilitatis precibus fatiga à veritatis tramite vnquam deflexit; nec potentia metu concussa cessit aliquando ab æquilibrium

brio rectitudinis, nec munerum pondere degravata
succubuit officio, nec obiecti fulgore auri expalluit aut
cacutiuit in rectè captis; stetit semper inuicta ad-
versus quosuis reluctantiū difficultatū obices, & hero-
icis factis maiorū suorū partæ nobilitatis memor vltro
contempsit quidquid auida vota, fluctuantis in omnes
partes vulgi ad auram lucri, vel obligat vel in fringit.
ILLI NOTARII TERRESTRES Sapientissimi, in Pa-
triam fidelitatem, obsequium in Reges, in publicum
bonum Amorem, privatis commodis anteferentes
meruerunt vt auiti vetustissima domûs fasti nouo glo-
riæ additamento clarescerent, & in dies succrescente
meritorum adorea sublimioribus honorum titulis co-
ronarentur. Illi **DAPIFERI, POCILLATORES, VEXILLIFERI,**
SUCCAMERARII MARESCHALCI splendidissimi, ita am-
plissimarum dignitatum fulserunt insignibus, vt in ho-
norem ipsum mirabili quadam reciprocatione vbe-
riores veræ gloriæ radios refunderent, quam accipe-
rent, atque ideo honorem potius, nobilitatis suæ præ-
claris dotibus ornarent, quam ab eo ornarentur. Illi
in Equitum **MELITENSIVM** Illustrissimum album relati,
Comendatores **POSNANIENSES, STVOŁOVICIENSES, PO-**
CIEYKOWIENSES &c. dum candorem niuæ Crucis (id
est signum selectissimæ, & ad omne iuridicæ disquisi-
tionis teste terrarum orbe experimentum, probatæ
Europæ nobilitatis] in pectore deferunt; ostendunt
Polono & Lituano Orbi, esse in Nobilissima Iudicio-
rum domo, quod Augusta regna venerentur; quod
Cottomanica lana expauescat, scilicet Nobiles Asiæ
Triumphatores, Christianæ in Oriente pietatis vin-
dices, maritimi belli fulmina, è cineribus Hieroso-
limitani Gottifredi reuiuinos Phænices, qui captivæ
Palestinæ vincula soluant, restituant diadema. Illi
M. D. L. NOTARY & REFERENDARI vigilantissimi, inter
Senatorum subsellia, ad latus Regalis solij, Gordios
non semel immanium difficultatum nodos, vel in con-
seruanda

seruanda Reipublicæ tranquillitate, vel in auertendis bellorum periculis, non Macedonico ferro, sed Iudiciorum raræ prudentiæ, & longo vsu in arduis negotijs exercitiæ dexteritatis acutissimo ense feliciter inter gratulantium Procerum plausus dissoluerunt. Illi PRÆFECTI GENERALES ARMAMENTARII M. D. L. bellicosissimi, militarē gloriam gentis immortalibus Equestrīū prodigiorum fastis exornantes, noui sæculi Achilles, cesserunt subsequētib; in exemplum, posteris in miraculum. Illi in exercitu M. D. L. supremi Ducis Exercituum absentis, VICARII GLORIOSISSIMI gesserunt bella cum potentissimis hostibus, fugarunt Moschorum exercitus, expugnarunt munita præsidia, subegerunt Vrbes, insignes retulerunt Victorias, veri Patriæ Patres, Lituaniæ Camilli. Illi SENATORES & CASTELLANI Amplissimi, Senatorias purpuras non inter gratuita Regum dona, sed inter promerita stipendia recensentes, illas domestico familiæ splendore illustrarunt, Patriam consilijs, opibus, milite, vitæ propriæ discrimine, inter diuturnas bellorum procellas penè naufragantem, in pristinum gloriæ & quietis statum reposerunt. Verum dum hæc ita recensentur, nolo quempiam cogitare, his solum domesticis splendidæ nobilitatis ornamentis Illustrissimæ Iudiciorum familiæ gentilitium vexillum decorari: habet & alia decora quæ vel ipsas Regum & Cæsarum purpuras exornent; mutua quippe per connubia, sanguinis participatione & affinitatis nexu, cum Nobilissimis in Lituania Profapijs contracto; iure equidem hæreditario trahit in censum gloriæ suæ, quidquid Orbem Polonum Lituaniūque illustrat. Hinc Consanguinei SAPIEHÆ, CHODKIEVICII, TYSZKIEVICII, OGINSKII, WOŁODKOWICII, PODBERESCII, KOPCII, CHREPTOVICII, RYDOMINÆ, FIRLEI, VEHERI, FRONCKIEVICII, quidquid in castris palmarum, quidquid in SENATV per honorum, dignitatumque

curules adeptas gloriae consecuti sunt, id totum ad ornandam nobilissimam Iudiciorum familiam vltro tribuunt. Illinc eiusdem sanguinis vinculo colligati SOKOLINSCHII IESMANI CHALECCII SOLTANI POCIEI RADOZÆ WONIŁOVICII NIEROSZYN- SCII RVDZCII ŁVKOMSCII Stemmaturum suorum auita ornamenta ita cum IVDICIORVM vexillo cō- municant, vt planè omnium vnus gloriae splendor, vna honoris prerogatiua videatur. Addunt praeterea aurum praestantissimae nobilitatis auro gloriae RAD- DVANI vexilli, vt viuaciùs in theatro publici hono- ris resplendeat cum inclyta HABDANCORVM pro- pagine IAKVSZEWSCHII TELSZEWSCHII ZIENKO- VICII KACZYCCII. Et sane decuit nobilissimam Iudic- ciorum familiam omnium consanguinearum profa- piarum gloriam, & splendores in se deriuare; quae omnium virtutes & praclara facinora herculeo ausu iam olim in se expresserat: nec debuit profecto IL- LVSTISSIMVS DOMINVS NICOLAVS VLADI- SLAVS IVDYCKI COMES in MYSZ EQVES MELL- TENSIS, PRÆFECTVS GENERALIS ARMAMEN- TARIJ M.D.L. CASTELLANVS NOVOGRODENSIS alibi nasci, quam in nobilissima & gloriosissima fami- lia, futurus & ipse Nobilitatis Prototypon; gloriae Epitome: lucem certè generosissimae nobilitatis quam in cunis, nascendo ille repererat, ita adamauit; vt nec ephebus inter aequales vtrquam desereret, & adul- tus per aulas PRINCIPVM, REGVM, SVMMORVM PONTI- FICVM, cum immortalis IVDICCIANI nominis laude cir- cumferret. Admiratus est in eo VRBANVS OCTAVVS Summus Christi in terris VICARIVS, Polonae nobilita- tis excelsum animum, & ardens studium bellicae glo- ria dum ad sacram MELITENSIVM militiam proficisce- retur; & merito quidem: nam plerosquè in nobilissimis familijs ortos, florente aetate, fortunis omnibus or- patos, dum pax viget & silentium ab armis in Patria, segne otium ad luxum nonnunquam; & ignauiam in- flectit

flectit: hic quo firmior olim Patriam adversus con-
 juratæ perfidiæ hostes propugnaret, POLONIA in sinu
 tranquillitatis procul à belli tumultibus altum dor-
 miente, domesticum otium perosus; peregrino Mar-
 te ad patria bella erudiri voluit. Vixisset vicinam diu-
 tius nobilissimæ FAMILIÆ ad ornamentum, Patriæ
 ad tutelam Amplissimus SENATOR veræ Nobilitatis
 gemma; sed æternis decretis temerario ausu repu-
 gnare, nec possumus nec debemus: exornet igitur cœ-
 los nobilissimus spiritus; terris iam vivere desinens;
 in animis tamen nostris, quos immortalibus beneficijs
 sibi æternum deuinxit; semper viuet.

O D E

A *Vestra magnis non ego manibus*
Trophaea castis de Syphili iugis
Attollo, vecturus Poloni
Regna super, trabeasque regunt
Inuisa belli Numina. Stat suis
Vt cunque lucris gloria, nec palam
Moles Dynastarum superstes
Liuor edit, monumenta famæ
Illasa vernant. Non lacrymabili
Funesta fato nec ferientibus
Confusa Parcarum statutis
Exitio sua damna plangunt.
Sed æiternis credita sæculis,
Non terminandos nocte vigent dies;
Quos pulchra virtutis beatæ
Temperies meliore lucro
Ditavit olim. Subruat æmulos
Artis labores tempus euntibus
In fata regnorum quadrigit;
Excidium quoque lassa dicat
Æras Dynastis, Non Tibi belliger
Raduane Sanguis de memori petra
Eradet æternis trophaea,
Scripta solis, agitant caducae

D

Per

Per damna casus. Visis euntius
 Per seculorum progeniem tuis
 Fati Triumphator maniplis,
 Frugifera monumenta laudis,
 Partasque lauros cordibus inseris
 Victurus auum. Scilicet hac Tuae
 Trophaea stant vita, per ipsos
 Lucra rebus, reuebisque casus,
 Mortalitati imperuus aureos
 Euoluis annos. Sit, Theodosius
 Aeterna fixurus Quirinis
 Arma tholis, tumulo sepulti
 Vexilla pandat Belligeri Ducis:
 Quae fama scribat posthuma Publica
 Salus: paternarumq; laudum
 Audiat indigitatus haeres.
 Non & Poloni Gloria Sanguinis
 Iudiciorum progenies tuis
 Inuidit annorum vetustas,
 Emerita decora alta fama,
 Non Te sepulchro compositus lapis,
 Manesque sacro mole silentio
 Texere: respiras per ipsa
 Marmorei monumenta saxi
 Inuidius haeres. Hic ego Martia
 Vexilla pando; hinc magnanimos lego
 Attentus haerens, videntes
 Spargo haederas, meritasque plenas
 Affundam laurus fenore, sanguinem ut
 Vestigo magni stemmatis inclytam
 Per busta Raduani, trecentis
 A Proavis, atavisque ceris,
 Hic ille prima portio gloriae
 Iudicciani Sanguinis aureis
 Respirat in signis superstes,
 Hic validas agitat cohortes
 Per Roxolanae signa licentiae
 Inuectus victor. quae Tibi posthumis
 Stat fama miratrix sub hastis
 Belligeri statione Russi

Raduane Victor? que memores notat
 Regum statuto Munificentiae
 Laudumque nominisque merces,
 Dum uiueis tua signa campis
 Per obstinato robore Corpora
 Mauorte flectis. sit licet, insolens
 Fortuna subuexit trophaeum,
 Eripuit violentus inter
 Pugnata ferro praemia taniam
 Signumque belli: Non animo minor
 Infraetus in cades, per ipsos
 Sternis iter generosus enses,
 Irasque Martis puluere bellico
 Non indecorus, qui subeuntium ius-
 percussus armorum tumultu
 Impaudos meditaris aestus
 Vexilla Sacris adibus ad Tui
 Sortem Gradiui belligeram manu
 Attolis, hoc signo explicatas,
 Indomitus ruis in phalanges
 Raduane Mauors. scilicet aureo
 Fortuna vultu Martia prouehit
 Vexilla, si rectum DEVSque
 Arma vehit comitante honesto
 Virtutis ausu. haec non morientibus
 Fama triumphis se Tibi vendicat
 Serosque temporum recursus
 Vindicibus Tibi donat annis.
 Haec explicatis per Zephyri iocos
 Signis reuincit posthuma sanguinis
 Haec fundit in venas tributa,
 In memores atauum nepotes.
 Hos specto Vates per redeuntium
 Stirpes Auorum, sanguine nobili
 Raduana collustrare facta, &
 Vuisicos labaro Camillos
 Trophaa Magnis pingere uultibus
 Pectusque autum. Te propioribus
 Aeterna BASILI per euum
 Posteritas animante penna

Per posterorum progeniem sacrae
Eternitati. cui chalybis autor
Offulsit, ingentesque sparsim
Tbreijcia, pharetras ruina
Sacrauit Orco. Nempe perennibus
Iudiciorum Victima fascibus
Truncata persoluit superbam
Eluuiem, inferiasque iusto
Damnauit igni. Te tamen integra
Lauri perennem, puluereo licet
Claudavis in busto, coronant
Tartarica, Getticaque turmae.
Tibi supinis arcibus obuias
Sternunt sagittas, Te genibus minor
Scythes quiescentem salutat
Marte virum, validumque ferro
Ultore Martem Sarmatia, Tibi
Tacenda nunquam fama per optimas
Ingens ALEXANDER remoti
Orbis opes vebit expedito
Inuota censu viuis in aureos
Facundus ortus. Funera diuidit
Praeuectus immensè colossis,
Flore Pater Patriam secundis
Ditas manipulis: sanguine prodi go
In lucra Regni, Curia ad extimas
Sceptri laborantis ruinas
Progeniem haud Fabus minore
Sacras Dynastia Sarmatia Pater
Iudicciani germiuis. En latus
Regale circumfulsit amplà
Stirpe genus, numerando denos
Ter flore Natos, quos prope Martius
Incendit ardor, quos animosior
Bellona lactant reponens
Scuta super, generosa Marti
Olim daturos pectora: scilicet
Parit Leones Marmaricus Leo,
Primosque fontium colores
Vnda vebit similante riuo.
Agnatus altis Sanguis honoribus
Iudicciani Stemmatis, inclytas
orditur

Orditur atates sequaci
 Fontetrabit subeunte fontes
 A vita voluens sacula. Noscetis
 Raduane Sanguis, sanguine Lechico
 In stirpe posthuma Senator.
 Belligerâ hinc validos Sapietas
 Clavâ reponens. Hinc subeunt prope
 Chodkieuiciânæ pegmata gloria,
 Et inde Tyszkieuiciânæ
 Astra poli niveo relucens
 Amica stella Cynthia, & inclytis
 Illinc propinquo Sanguine passibus
 It Ordo cognatus Dynastarum
 Hinc socios comitatur ortus
 Podberesânæ germen adorea
 Iudiccianis congeuitum polis,
 Cerasquæ maiorum propinquo
 Consequitur Rudomiaa plausu.
 Non hic sororum per Cytbaræ melos
 Urgebo laudes associabili
 Nexas sacramento, nec altam
 Aproavis Sokoliafcianos
 Stirpem, nepotes, non ego Kopcios,
 Non Chreptouiciânû huc ego sanguinens
 Amplo Senatorum decore,
 Telszeuios nec Apollinari
 Cantaboplectro; Quid. resonantibus
 Tentet Camanis sepia, quos suo
 Raduanus attolit trophæo,
 Quos memores iubet esse auita
 Stirps clara fama? Te lacrymabili
 Ad busta lassu, non ego transeo
 Ingens duellantis Gradini.
 Progenies NICOLAE, fati
 Erepte ferro: quem Melitenarium
 Corona circumseperat Ordinum,
 Cui Pontus accumbens tumentes
 Composuit Pelagi procellas.
 Iudiccianæ heu sic columen Domûs,
 Mauortis index, casibus altior,
 Fatoquæ, fortunâque maior
 Occubuit NICOLAVS istu

¶

Fatalis

203517



*Fatalis boræ? fallor: inanibus
 Δ Laude fatum mentibus incubat,
 Raduane Te Virtus beatæ
 Ire dedit superum Coronæ
 Inuicte sanguis. Te sibi postuma
 Ætas dicatis marmoribus colet.
 Raduana sic vulgant trophæa,
 Sic superis placitumq; fatis.*

VEXILLI RADVANI

ORTHODOXÆ RELIGIONIS GLORIA.



Ttolle bellatrix *LITVANIA* triumphale, in Raduano *IVDICCIORVM* vexillo, veræ Religionis *LABARVM*; sub quo, vt stipendia perennaturæ gloriæ contra hostes pietatis mereantur; omnes Christianæ virtutes militant, Orthodoxam latiùs Coloniam diducturæ. Benè habet: Nobilissima Familia ad primam nascentis in Polonia fidei auroram, veritatis lumen amplexa, ingruente postea in orbem cimeriâ hæresum nocte; nunquam inter errorum vmbas vel tantillum caligauit. Zodiacum Bissenis Ecclesiæ in Principibus admirata, vt illum è virtutis decurreret Tropico, in bifrontis *IANI*, quia *CHRISTI* & *PETRI* Capite fixit stationem. facile per menses & hebdomadas excursura æternitatis, eò quòd *ROTÆROMANÆ* se admouerit. Vt largiùs illibatam veritatis hauriret diem, *SOLEM* in *CEPHA* à secundo suæ felicitatis ortu adorauit, procul se à commentis

mentis Persarum rata, tametsi SOLI Deo in sui visibili in terris capite honorem haberet. Causentur iam desides animæ alatos sibi honores, citò sublati alis aliò moliri stationem: at discant! mobilem eum esse honorem, qui solennis erga supremum NVMEN perfidiæ superstruitur fundamento; nec probro illas vacare Domos; quibus auita maiorum Constantia, etiamnum in cunis oppressa, læsam fidem supremo vagitu exprobrauit. Vidit cauteriatum hâc peste sæculum plurimas hâc viâ in ruinam splendidissimas olim familias deuolutas; in quibus ORTHODOXA & ROMANA FIDES lugubri periurio afflictâ, vt supremum spiritum exharet, duxit rimas, æternaturæ etiam in posteris vestigia in famiæ. At IVDICCIANÆ nobilitatis RADVANA constantia primæux in Religione per omnia retinax integritatis, quam semel liberæ voluntatis Sigillo in lauacro baptismatis in Maioribus suis fidem obsignauit, nunquam postmodum in posteris suis refixit: hinc in Republica florens semper honoribus, curules dignitatum quas semel occupauit, hæreditarias planè Familiæ fecit, quia Protheum in moribus & fide abominata, impressam sibi Catholicæ Religionis pulcherrimam imaginem, nullâ aliâ peregrinâ specie offuscavit. Animo in bellicas expeditiones pro fide Catholica semper parato, IVDICCIANI sanguinis hæredes, vt se strenuissimos probarent Orbi Bellatores, authorati à sola pietate Duces, stipulatâ aduersus fidei hostes manu, Heroas iurarunt in mortes; frigidum rati sanguinem & effatum, nisi se hoc calore animosos succenderet in aulus. Rediuiui Sarmitico in Orbe Constantini BASILIVS IVDYCKI EQVES MELITENSIS COMENDATOR POSNANIENSIS & THOMAS IVDYCKI pariter EQVES MELITENSIS vt in salutari signo hostes Romanæ fidei vincerent, lubricam spem è triumphali Melitensium Cruce suspenderunt; perfacile morituram, si

victoria ruinis hostium contumulata resurrexisset:
nec fefellit omen; resurrexit illa multoties, & trium-
phales è Martiali pulvere excutens alas easdem sæ-
pius in Turcico sanguine purpuravit. Impaudi in
Bellonæ arena Athletæ, vt triumphis assuetas manus
felici omine inaugurarent, omnem pro religione Or-
thodoxa defendenda panicum timorem egerunt in
Crucem: manubrijs & ingenti aceruo barbaricorum
spoliorum onerati, cum se è detriumphata Otthoma-
nica superstitione MARI MAGNI NOMINIS commisif-
sent, victrici hac CRVCIS in trabe ad gloriæ portum
enatarunt; ingentes Orbis triumphatores, quorum
laurus triumphalis tot meritis Bellonæ pro Religione
depræliantis auspiciò partis onerata, ne labili quidem
in elemento fluctuauit. Age calame; excute sepiam
vt gloriæ induas fluxum, quidquid de immortalibus
IUDICCIANI Sanguinis heroibus excipient chartæ, GLO-
RIA Sola fluat: illi soli sepiâ denigrandi, quorum vita
in nigros dispersa mores, pridem se vel hoc atro cal-
culo damnauit: porrò quos Auitæ Religionis splendor
in exemplum alijs proponit, luceant; scilicet vt no-
scent Orbis, nunquam in IUDICCIORVM familia deesse,
quos vel sera posteritas in prototypum virtutis rarif-
simæ exhibens, admiretur. Legat etiam num voca-
lis fama, in fastis Heroum Orthodoxæ Religionis,
IOANNEM IVDICKI NOTARIVM TERRESTREM RZECICI-
ENSEM, & quos ipsemet sibi gloriosos inscripsit cha-
racteres, duraturæ monstret æternitati: nam vt se
dignum probaret Terrestri in Patria NOTARIATV,
scripsit cœlestes in terra notas, quando in cultum pie-
tatis profusus, in inscribendis amplissimis auitis cen-
sibus; vel Ecclesijs ædificandis, vel exornandis alta-
ribus, ambas manus, semper in largiendo tornatiles &
plenas hyacintis delassauit. Vilescens tunc in orbe
propemodum PIETAS, quod se magnifico sumptu
in pretium & Commendationem apud homines, ex-
tulisset

tulisset; IOANNI debet; quam ille locupletē sinu
complexus, liberalitate admirandā inauravit; verē
Aureus Vir, quōd in obsequium pietatis, & Catholi-
cæ Religionis amplificationem copiosē profuso auro
post illud non abiens, aureas faceret virtutes. E con-
gestis ruderibus ærumnosæ pauperiei eleuata in decus
Immortale ECCLESIA STRZESZYNSCENSIS, quod
ex decore Romani ritūs Splendidē ad Aras operetur;
Liberalissimæ, semperquē gratā sæculorum recorda-
tione exornandæ Munificentæ IOANNIS IVDICKI
refert in acceptis: iacuisset profectō hucusquē in si-
tu pristini squalloſis & inopiæ, nisi in hunc sæculi sui
pientissimum Mydam incidisset, qui omnia munificā
liberalitate, & posset, & vellet in aurum conuertere.
Iactet Roma Caesarum suorum exundantem libera-
litatē; vltā tamen qualis qualis munificentia hæc
non processit, quam vt Romam, omnium nempē gen-
tium, etiā barbararum commūne receptaculum ex
lateritiâ faceret marmoream; labore quidem seruitu-
tis grauissimo, ciuium autem publicis impensis; sic,
quod vni conferebatur ad gloriam, singulorum con-
stabat impēdio: æquiori sanē iure futuræ ætates nomen
IOANNIS IVDICKI NOTARII TERRESTRIS
RZĘCICIENSIS & plusquam septemplici beneficen-
tiæ inuectam ostio liberalitatem deprædicabunt, quōd
non caducas mortalium habitationes, sed immensæ
baiulas Diuinitatis, Cœlitum ædes & palatia, nulli-
us incommodo, omnium vtilitatibus, proprio ære,
Munificus templorum FVNDATOR in amplissimam
excitārit magnificentiam. Sed & Tui nominis fama
Orthodoxos fastos impleat, & gloriam Romanæ fidei
à maioribus ad seram posteritatem propagatam, etiā
vltā sæculorum terminum extendat, PERILLVSTRIS
& REVERENDISSIME DOMINE VALERIANE IV-
DYCKI SVFFRAGANEE NOMINATE, ARCHIDIA-
CONE, PRÆLATE VILNENSIS MERITISSIME,
F TROCEN

TROCENSIS & BLAENSIS PRÆPOSITE, REFERENCE
RENDARIE & NOTARIE M. D. L. in quo ut terre-
stria numina IUDICIORVM, humanæ cuiusdam
diuinitatis epitomen effigiant, quidquid virtutis &
gloriæ in familia per varia auorum promerita spar-
sim resplenduit, in vnum collegerunt. Certè Superi
ipsi caelestis virtutis effigiem si molirentur, ex Te ve-
ra in illam transpingerent lineamenta: efficacissimam
admirabilis pietatis, in moribus ad Orthodoxæ veri-
tatis regulas conformatis, circumferens parenæsim,
quocumque Te moues, ad virtutem hortaris, exci-
tas ad pietatem; etiam ore tacitus, vocalem in vita
rectè gestorum harmoniam edis; & ipso silentio elo-
quentissimus Catholicæ sinceritatis Orator, semper
in exedris contra hæresum praua dogmata decertas,
dum in amplissimis Reipublicæ honoribus constitutus,
intaminatam vitæ innocentiam retinens, Romanæ
fidei, & Ecclesiasticæ immunitati vbiquè patrocina-
ris. Calentissimus zelo Religionis, nouum è cineribus
Orbi excitas Phaetontem, in bustuarium torrem abi-
turo, nisi Tu sciens moderaminis purpureas gloriæ
curules ex præscripto regeres sanctitatis, ARCHY-
PRÆBYTERALIS compendium prærogatiuæ ut
Te ordinatissimæ in Deum ostenderes charitatis, Or-
dines suscepisti, semper imminens in lucra pietatis,
Probitatis consecutaneus, verè Magnus SACERDOS
Domini. Spontè hîc ego prætermitto plurima egregia
tua facinora quibus Orthodoxæ Religionis gloriam
promouisti, quia nempe Tu magnitudine meritorum
subnixus, inopiâ dictionis meæ non subleuaris, & Mo-
destia Tua laudabilia agere non laudatores audire con-
suevit. Ut tamè agnoscat Orbis in IUDICIORVM
familia veræ religionis gloriam semper non modo flo-
ruisse, sed & vltimas planè honoris metas attingisse;
en damus in theatrum ILLUSTRISSIMVM DOMI-
NVM CASTELLANVM NOVOGRODENSEM
post

post fata ipsa superstitem; qui Romanæ fidei per omnia vœtigalis, vt illius pretium in summam apud mortales commendationem extolleret, non semel in mille pericula mortis pro eadem semetipsum abiecit, nunquam tamen Eminentior Orthodoxæ religionis heros, quàm cum ita contemptor sui. DEIPARÆ cultui addictissimus, vt illam sibi arctius deuinciret, propensi erga nomen eius affectûs vinculis semper catenatus incessit, vel sic MARIANA inter mancipia se professus, quòd in purpura SENATORII honoris, Amoris compedes circumferret. Parthenijs adstratus Aris eiaculatorias (vt vocant) sagittas intentis animi neruis in Virginem iaculabatur, hostem diceres, nisi ille se cultu probaret amicum, dignus zonâ militari sagittarius qui tam scitè nosset Virginei medullam cordis in precatorium induere iaculum: vt MARIANÆ arcem inflecteret pietatis, totâ illam vitâ velut ariete crebro globulis supplicatorijs oppugnauit, facile coactus in deditioem, cui totus in iaculis hispidus ibat Amor. Panegyres texentem Reginae Cœli Ecclesiastem nunquam sine dulcissimo colliquefcentis animi sensu auscultabat, lumina eliquaturus in flumina, dumodò in MARIANVM mellitissimi Nominis MARE influerent. Hæresum, & hæreticorum in vita hostis acerrimus, vt etiam post fata cum iisdem digladiaretur, vniuerso patrimonio pietati Catholicæ exornandæ transcripto, Collegium Societati IESV in suo Comitatu MYSZENSI erexit; nempè vt in IGNATII socijs contra vitia, & errores depræliantibus, ipse FVNDATOR Munificentissimus coronas gloriæ legeret, eorumque palmis, & victorijs tanquam suis onustus, in æternitatis Capitolio triumpharet. Extabit SENATOR Amplissime in Orbe Christiano, PIETATIS Tux æternû monumentû in erecto Collegio; dicent futura sæcula ILLVSTRISSIMVM DOMINVM NICOLAVM VLADISLAVM IVDTCKI CASTEL-

STELLANVM NOVOGRODENSEM Auctorem
 ac Conditorum Societatis IESV Collegij fuisse; hanc
 famam nominis Tui, & insignis Munificentiae Socie-
 tas quoq; vltra Asiae Africaeque terminos protendet:
 celebraberis Fundator Collegij **MYSZENSIS**, simul-
 que Orthodoxae Religionis propagator, tot linguis,
 quot penè sunt, quae terris omnibus loquuntur. **IV-**
DICCIANÆ liberalitatis gloria herculei laboris ter-
 minales Columnas praetergressa, ibi etiam encomijs de-
 corabitur, vbi vix primis vestigijs Christiana religio
 constitit: profectò vbiq; terrarum, pro Te, vti ha-
 ctenus fecit, in posterum etiam Societas IESV sup-
 plices Deo ac superis affundet preces; litabit ad Aras,
 eritque haec officij necessitas perennis Societati, tuae
 beneficentiae memori, quamdiu Arae necessitas futu-
 ra in terris est.

ODE

Deterge vultus Sandapilaris
 Linore busti Gloria pulvere
 Erepta dum fatis, supremas
 Laudis opes, Pietas dicatis
 Infernit aris, Dum comitantium
 Is ordo laudum consociabili
 Virtutis illustris sereno, &
 Religio sacra thura puro
 Incendit igni, Ense mibi iam prope
 Iudicciani gratia sanguinis
 Leuat sepulcralem superstes
 Mole petram, gelidum q; fati
 Solut veterum, Non obit obrita
 Altè profano puluere gloria
 Euincit umbrarum recessus
 Conspicuae pietatis aurum,
 Lethiq; soluit iura adamantinis
 Incisa venis. Stat Lachesis manus
 Euicta

Tuiſta. cum virtus fidesque
 Sidereos animat calores,
 Hæc Orthodoxis Religio tibi
 Accincta peltis promouet atria
 Raduane, quem cultus Tonantis
 Quem Pietas radiata viuo
 Incendit aura. Noſceris editis
 Ingens coloffis. Noſceris optimo
 In flore Sanguinis, veuſtos
 Enumeras pietate cenſus
 Laudi ſuperſtes, Pectore dum pio
 Aus nepotes ad Sacra ſubrogas
 Doranda, Diuorumque cultus
 Et tenero meditatatus vngue
 In prole ſanctis. Non ego Te meis
 Rezcycienſis gloria cantibus
 Tacbo IOANNES, diſertum
 Iure vouet Tibi fama pleærum
 Dotale quando Munificentia
 Fundas trophaum Rezcycienſibus
 Artis adornatum, & calentes
 Igne foveas animatus aras
 Iudiciorum manere. Et ex nouo
 Trione vuruſum promicat aureis
 Aurora, Cynthiusque ſtellis,
 Religio en pia caſtra plena
 In ſole ducit. Te decorum Pater
 Auita Magni proſperitas Patris
 Hæres, auitorumque honorum
 Deposituſ, comites ſequentur
 Soles eoruſcis luntibus. Tibi
 VALERIANE hæc munificã manu
 Honor ſubarratus dicatas
 Iure Mitras melioris auro
 Sacrobit olim. Religio Tibi
 Sublime celſis tegmen aloreis
 Iuueſcet, illuſtreſque ſparget
 Emeritis titulos trophaio
 Diuine Myſtes. Cuſ radiantia
 Troceſſis ora fulgure lumina
 Vigent, relucentesque paſſim
 Præpoſituſ venerantur Ara.
 Quem

Quem liberali Pauperies sua
Dotata pulchro circuit ambitu,
Quem cultus intactæ Parentis,
Quem rutilum pietatis aurum
Attollit astris, Quæis Tibi feruidus
Ignis medullas torret amoribus,
Delubra testantur, fidesq; &
Ille frequens probitatis ordo
Lituantiarum sorte Notarium
Inter sacrate Numisæ curiæ
Accenset, inexasq; pandit
Recta Themis sine fraude causas,
Quas tu sagacis Consilii Caro, &
Fantor salutis publicæ in optimos
Enoluis euentus, palamq;
Subsidio Pater, atq; Tutor
Audis Paterno in sole, Sed interim
Fato superstes me Tibi vindicas
Raduæ virtutum patrato
Prodigio NICOLAE, Vatem
Pœnamq; flectis: quæ Tibi debito
Erecta cultu Religio tholos
Euexit, alternisq; fixit
Fata petris paritura largos
In lucra census munificentia
Iudiceiani pectoris: Eritis
Secura longæus tropæas
Temporibus, tumulanda nulla
Edacis hora morsibus, vt pio
Incensus æstu pergama Numisæ,
Artemq; virtutis parenti
Mole locas, solidumq; saxo
Moliris ænum; Quod nec edax mora
Conuellat atro dente, nec insoleas
Fortuna, nec voluens rumentes
Eurus aquas violabit vquam.
Stabant vetustus æmula molibus
Myzæna stabunt culmina, Pergamum
Belli triumphantis, nefaste
Hærescon fera monstra Lernæ:
Quæ Tu potenti inuictus acinace
Olim Poloni sanguinis Hercules

Oreo sacris, iam renato
Ne noceret nova fata partus
Scutum Lictia agmina, ensis
Armata velis ducis in obvia,
Campus, valloq; excitatas
Calibus bene munis aras.

Sit & per urbis mania aheneis
Firmata portis, sic temere scelus
Irrumpat, infestamq; spargat
Fauce luem, colubri renatus

De Hirpe Sanguis. Tuta placuli
Te fundat aras, robore Marto.
Secura te circum explicatis

Stant Equitem pia castra feno
Rumbo, & hata. & Crux Melitensibus
Signata scutis murum adamantina
Præterit heroi corona.

Quo stygias NICOLAE turmas
Vltore sternas: vltis perennibus
Surgit columnis arx tibi cordium, &
Mentes sepulchrale in trophaum
Dat pietas Sociorum IESV:

Hæc te futuræ prouida temporis
Figet discretis marmoribus pium.
Hæc Marte victorem, hæc tenacem
Propositi, hæc canet orbe iustum.

Hæc fors triumphis inclita, laureas
Tibi dicato ornatus prouehet;
Lictia dum victor erorhea
Marte feret: Tibi palma plenis

Consurgat aruis. Te simul integra
Iudiciani Sanguinis Hæctora
Lauri coronabunt iacentem, &
Religio colet obligatis

Iurata votis. Sic Tibi debito
Cultu parentant pectora Cluuius,
Sis ordo Nummi sacras
Pæstoribus Tibi busta fundat.

VEXIL

VEXILLI
RADVANI
HEROICORVM IN REMPUBLICAM
MERITORVM SPLENDOR.



Terile bonum, magni sanguinis, & magni nominis amplitudo, vbi splendidus ab egregijs facinoribus non sequitur comitatus: magnos heroes & qui sacula in sui admirationem rapuerunt, non vna Maiestas exornat, quia non vna deet. Stabunt solitarij in summa etiam circūstantium populorum frequentia, vel ipsi purpurati Monarchæ, si consortium rectè factorum desit. ALEXANDER Macedo, cui fortuna in purpura nasci, ad scepra & diademata educari tribuit; obscurissimus, vt pleriq; alij cum SARDANAPALO Reges, in memoria subsequentiū ætatum permansisset, nili inuicta fortitudo & bellica facinora pro vindicanda Græciæ libertate in Perside edita ipsis Regalibus purpuris & sceptris, serenū lumen; quo illustrarentur, communicasset. Extinxit Titi Caesaris traductam in se fraterni sanguinis iure gloriam, socors desidia Domitiani; & dum ferrum acuit non magnanimus Patriæ propugnator in hostes, sed segnis inersque homuncio in muscas, æquissimo iure exhæres Flauij sanguinis, simul Patris fratrisque triumphorum censetur. Excelsum enim heroum sanguinem & triumphale nomen, excelsa facta sustentent necesse est; iacebit infra abiectas quiquilias vel maxima celsitudo hisce sustentaculis destituta. Hinc non miror RADVANI vexilli gloriam in ILLUSTRISSIMA IUDICCIORVM familia in tantum Maiestatis creuisse splendorem; cum videam pro publica Patriæ utilita-

utilitate tot exantlatos labores, tolerata incommoda,
bellicas contra ferocissimas gentes susceptas expedi-
tiones, sanguine, vulneribus, morte quoq; non semel
gloriosè obitâ, quæsitos triumphos. Sane RADVA-
NVM vexillum per militares curas in cruento pro
patria bello prognatum, cursum ad gloriam, quem in
castris, sub chalybe, per ardua militiæ documenta se-
mel instituit, nunquam postea interruptit. Quotquot
Polonia RADVANI sanguinis & stemmatis hære-
des vidit, tot venerata est heroas, tot laudavit Aga-
memnonas, tot hucusq; deprædicat Alcides, tot admira-
ratur Atlantes. Sustinuerunt consiliorum suorum
& excelsæ in Republica Auctoritatis firmissimis hu-
meris, inter atrocium calamitatum irrequietos turbi-
nes nutans Patriæ diadema: profligârunt inuictâ for-
titudine in damna nostra Tauricani & Ottomanici
furoris effrænata & lerna monstra; pugnarunt parua
manu aduersus fomidabilem hostium multitudinem;
victricibus Aquilis deprædati barbaras regiones, terro-
rem Poloni nominis quâ latè patet Oriens, circum-
tulerunt; implêrunt non Europam modò gestarum
rerum gloriâ, sed orbem Vniuersum; humano fasti-
gio propter diuitiarû opulentiam, bonorum maximor-
um prærogatiuas, familiæ vetustissima decora, ma-
iores credebantur; mors duntaxat homines fuisse de-
claravit. Hanc eandem gloriam hæreditariæ felici-
tatis in LITVANIAM quoq; per Polonum traducem
nobilissimus RADVANI stemmatis inuectus sanguis
in ILLUSTRISSIMIS IVDICCIORVM familiæ heroibus ad
nostram vsque ætatem felicissimè propagavit. Non in-
videtiam LITVANIA Romæ CVRTIOS, SCÆVOLAS, HO-
RATIOS, DECIOS, ATTILIOS REGVLOS, qui rerum ge-
starum gloria, & pro patria susceptis incommodis
Romanos fastos implêrunt; nacta & ipsa sub RADVA-
NO vexillo in ILLUSTRISSIMA IVDICCIORVM
familia, ospitatis & gloriæ suæ feliciores vindices,
H
libertatis

libertatis propugnatores; qui sanguine in martio campo profuso, per vulnera & iteratas mortes famam nominis, & Reipublicæ nunquam violabilem gloriæ perennitatem compararunt. Prodeat hic in Theatrum gloriæ è sepulchrali umbra, post euoluti integri sæculi decursum; & dictorum meorum veritatem factis comprobet, *BASILIVS IVDYCKI* Raduani stē-
matis Illustrissima propago, Romano *CVRTIO* heroici magnitudine animi, bellicorum facinorum varietate, victoriarum de hostibus præstantiâ longè spectabilior; qui non semel duntaxat in apertum terræ hiatum (vt ille) insiliens; decidentis pondere telæ luris oppressus, Patriam ab interitu vindicauit; sed multoties in confertissimas Tartarorum cohortes armatus inuolans, magnanimus bellator per assidua mortis pericula & se ipsum inuictâ fortitudine inter enses & spicula tutatus est, & Rempublicam hostili exercitu funditè deletò, ad memorabilem triumphum prouexit: verè Lituaniæ *HERCVLES*, Tartarorum perpetuus triumphator; cuius Martij vultus fulgura, ne dum belligeræ manûs fulmina scythæ ferre nō poterant, quo viuento pauore exanimati, mortuis similes, gliriū in morem inter mapalia delituerunt. Dignus ob bellicos labores & vulnera in cruentis prælijs pro Patria relata, cui *SIGISMVNDVS AVGVSTVS* in præmiū meritòrū, adstante sibi procerū corona, & magnas gratias cū insigni virtutum encomio persolueret, & *SWIERZNO, ZVROWICZE, BOŁOTNO*, in districtu Rzeciciensi in perpetuam possessionem traderet. Ponè magni parentis vestigia premat magnus filius *ALEXANDER IVDYCKI SVB IVDEX* Rzeciciensis Matris & Bellonæ germana proles, ac militarium decorum contra Moschos ad *POLOCIAM*, ad *PLESCOVIAM*, in *LIVONIA*, exornata trophæa, pompamq; illustrem præferens, *SCÆVOLÆ* bellicæ laudis palmam præripiat, quando dexteram ad bella natam, arduis expeditio-

peditionibus idoneam, palmis & laureis in prælio legendis assuetam, vindictæ in seipsum haud cupidus, non solum subiectis flammis non comburit, sed insuper tredecim planè heroicis dexteris, in tredecim filijs ad bella Patriæ offert; nempè vt in filiorum pugnacibus dexteris, etiam post fata superstes, cum iam propriâ manu contra hostes pugnare non posset, domesticâ tamen ac proinde suâ, quia filiorum, eosdem vincendo, semper triumphet. Vigebit enim uero memoria egregij huiusce in Patriam amoris sæculis omnibus ad exemplum; & quovsq; *IVDYCZE & KRZYWSKA* oppida ab eo condita stabunt, perennabit tanti Herois triumphalis gloria; ac proinde grata identidem mentem subeunte recordatione futura sæcula vulgabunt promeritum elogium. *ALEXANDER IV. DYCKI* Amilcare Carthaginensium inuictissimo Duce felicior, non vnum tantùm, sed in tredecim filijs tredecim Annibales, bellicorum suorum facinorum hæredes, Patriæ fortissimos Vindices, ad Aras, quia in manibus *STEPHANI REGIS*, Reipublicæ relinquens, iuramenti religione ad bella fortiter contra hostes gerenda obligauit. Vos quoq; in auitæ auctoramentum gloriæ succedite strenui Patriæ defensores, & *IVDYCCIANI* nominis per heroica facta collectum splendorem, posteris exhibete; vt qui olim arduis pro Patria forti animo exantlatis incommodis, *DECIOS*, *ATTILIOS REGVLOS* prætergressi superastis; mortis quoq; pro Reipublicæ sospitate in prælio obitæ insigni laude eosdem vincatis: Vos inquam bellatores fortissimi, *LEO*, *ANDREAS*, *ALEXANDER IV. DYCKI*, qui vt amorem erga patriam ardentissimum, & magnanimi pectoris robur, venturis sæculis in prototypum bellicæ virtutis proponeretis; palmas de Tartaris sapiùs deuictis, fortitudine inuicta ad publica ornamenta, & Patriæ, & familiæ decerptas; sanguine tandem vestro, nobiles barbarici furoris hostiæ, sub

ZWANIEC irrigastis quò videlicet vberius ad novà
germina duraturæ in successoribus felicitatis efflore-
scent. Stitistis casu vestro labantis patriæ ruinas, &
obiectu magnorum corporum, hostiles phalanges ve-
luti repentè excitatis firmissimis propugnaculis co-
ercuistis, nè vterius in fines patriæ infesta signa pro-
ferrent. Tu etiam consanguinea simillimis factis exem-
pla in Teipso exprimens *GEORGI IVDYCKI* Mare-
schalce Rzeciciensis, Aulice Cubicularie, & Colonelle
S. R. M. refunde gloriæ censum in gentilitium ve-
xillum, & victorias ac triumphos de Suecis virtute tuâ
per non interruptas velitationes, & assidua prælia ob-
tentos, refer in ærarium *IVDYCCIANÆ* nobilitatis; vt
quem *POLONA AQUILA* Sarmatici Iouis armatum ful-
mine in Varfauiensibus campis contra Gotticos le-
ones fortissime depræliantem summis laudibus pro-
secuta est, eundem *LITVANIÆ* quoq; catafractus *B.*
QVES. sub *PVLTOVIA* gloriosissimâ morte pro Patriæ
libertate occumbentem, ad incitamentum alijs propo-
nens, immortalibus encomiorum onustum trophæis
inter heroas reponat. Iam verò spontè prætermis-
sinumeris alijs *IVDYCCIANI* tam sanguinis quàm vir-
tutis Illustrissimis hæredibus, dum solum ad vos re-
spicio *PERILLVSTRES & MAGNIFICI DOMINI, D. ALEXAN-*
DER IVDYCKI CAPITANEE IASVONENSIS &c. & Dñe
STANISLAE IVDYCKI VEXILLIFER RZECICIENSIS;
video protinùs in Illustrissima vestra domo non vnum
tantùm *HORATIVM* Coclitem, sed duo fulmina belli:
nam primus ex vobis non paucos aliquot milites he-
truscæ cohortis in ponte sublicio nè progredereatur
in damna Romæ fortitudine sua detinuit (vt perhibe-
tur fecisse *HORATIVS*) sed integra agmina Suecorum
cum Magno Graff multarum palmarum Duce, in per-
niciem Samogitiæ concito gradu, efferato animo ir-
ruentia, consilio, & valida collectæ nobilitatis ma-
nu, in Samogitia Supremus, totius suffragio nobilitatis
electus

electus MODERATOR, ita repressit, atriuit, disiecit, vt
fugiens hostis cum aeterno Sueci nominis dedecore,
amissa maiori parte exercitissimorum militum, re-
lictis passim cactrensis impedimentis, conuulsis
militaribus vexillis, latronum non bellatorum turmæ
similis, nunquam amplius ad Samogitiæ fines respe-
xerit, Alter porrò ad Arcem *LACHOVICIENSEM*
Vniuersæ Moschouæ in cladē *LITVANIÆ* armatas
vires, & cōplures Duces bellico apparatu, & continuis
assultibus mania oppugnantes, non modo reposita in-
signi clade diu fortissime sustinuit, sed insuper crebris
eruentisq; eruptionibus fatigatos ad vltimam planē
miseræ sortis egestatem deduxit; adeò vt non semel
oppugnatores in proprijs castris à præsidiarijs oppu-
gnati, quietis spatium & inducias deprecarentur; ac
tandem penè profligati vrgentibus in damna factis,
non tam sponte recederent, quam adactâ vi, pecu-
dum instar turpissimè pellerentur. O animi *IVDYC-*
CLANI fortitudinem inuictam? cui satis non erat
in *STANISLAO*, Moschouâ triumphatâ, *LITVA-*
NIAM in libertatem asseruisse, etiam *VILNÆ* ad
Arcem oppugnandam inter primos excurrit, & dum
per scalas in propugnacula eluctatur, sagittæ ictu in
faciem graue vulnus accipiens, animo non concidit,
nec nativæ prærogatiuam pulchritudinis amittit, quin
potius eò splendidior inter Equestris Ordinis proceres
incedit, quò proprii cruoris ostro, non peregrini mu-
ricis mendicato colore purpurata conspicitur. Plura
de bellicis vestris trophæis quibus patriam & fami-
liam decorastis, dicere parantem rapit ad se posthu-
ma fama ingentium in Rempubllicam meritorum &
fulgentissimus in Familiam *IVDYCCIORVM* transfu-
sus virtutum omnium splendor *ILLVSTRISSIMO DO-*
MINI CASTELLANI NOVOGRODENSIS; quē pro-
fectò in triumphali familia vestra ad domesticæ glo-
riæ pompas splendidè nasci, *Vniuersæ LITVANIÆ*
inter-

interfuit, quippè qui & *LITVANI* nominis æstima-
tionem, summo cum gloriæ proventu per exterarum na-
tiones, Maximorum Pontificum, Cæsarum, Regumq;
Europæ aulas, compositis ad omnem honestatem mo-
ribus, ingenio viuaci, & maximarum rerum capacis-
simo, animo ad bella prompto, in se ipso circumdu-
cens, omnibus commendauit: & Lituaniæ hospita-
tem aduersus hostes, imperatoria prudentia, solerti
consilio, validis armis, vitæ propriæ in discrimina
sæpiùs coniectæ periculo, defendit. Vidit in *ILLVS-
TRISSIMO DOMINO NICOLAO VLADISLAVO
IVDYCKI*, Vienna Sarmaticæ nobilitatis & *IVDYC-
CIANI* sanguinis excelsam indolem; *ROMA* est ad-
mirata animum martio ardore duratum, belliq; per-
cupidum, pietatis tamen sensu ad aras colliquescentē.
MELITA suspexit sub Niuea Equitum Cruce, non
modo barbarici cruoris fundendi pro dilatatione
Christianæ religionis, sed etiam proprii inflamma-
tum desiderio pectus; integro Adriatico, Mediter-
raneo, & Ionio mari, beata hæc sitis, æstusque for-
tunatus restingui non potuit. Testes Algerij & Byss-
ertina Regna, quorum ille armatas piraticas trire-
mes, Christianorum prædis cladibusque famosas,
incredibili fortitudine multoties expugnatas capti-
uasque, in triumphum duxit. Testis contra Otto-
manicæ potentæ vires defensa diù forti dexterâ in
Regno Cretæ Candia. Testis Tunetana Metro-
polis cuius munitissimum portum exigua Melitensum
classe audacter ingressus, inter mugientium tormen-
torum ignitos globos, & plurimas onerarias in an-
choris hærentes, suppositis flammis incendit, &
septemdecim bellico apparatu instructissimos miopa-
rones, nequidquam freudentibus barbaris; secum
MELITAM asportauit. Verùm hæc facinora, ma-
gnorum ausuum primordiales tunc ludi, vmbrales
potiùs oblectationes pugnarū, quam veræ pugnae fue-
runt:

runt: subsequencia tempora, & fatales *LITVANIAE* calamitates, postea declararunt; quantus qualisq;
NICOLAUS VLADISLAVS IVDYCKI in gerendis maximis rebus pro Patriæ incolumitate extiterit. Redux enim ex diuturna Melitensium per Orientis Occidentisque maria expeditione, ut in Patria funestissimas per Cosacos & Moschos succensi belli flammam extingueret, magnos patrimonij sumptus in arma profudit; & ut non tantum se militem, sed & Ducem probaret, integram legionem externi militis proprijs stipendijs sub signa auctoratam, Patriæ ad pericula propulsanda, unâ secum deuouit; heroicumque animum quem in milite suis impensis colligendo pro Republica ostendit, eundem acerrimè cum Moschis sæpiùs configendo, semper retinuit, hostium in campo felicissimus *VICTOR*. Exindè Serenissimi Regis *IOANNIS CASIMIRI* fauente calculo, exigente propria virtute *PRÆFECTVS GENERALIS ARMAMENTARII M. D. L.* declaratus; quantum pro Patria laborum, incommodorum, periculorû, inter continua bella exhauferit; quantumq; vicissim in eadem gloriæ, & felicitatis refuderit; quis eloquetur? fatali rerum vicissitudine *LITVANIAE* fortunâ in occasum inclinatâ, hinc Moscho *VILNAM*, & plerasquè alias vrbes occupante; indè per *SAMOGITIAM* & finitimas Prouincijs ferro & cadibus grassante Sueco; cum non pauci sub *KIEYDANIS* meliora desuperantes & per publica damna eniti in sublime cupiètes sperantesq; secuti magna vestigia, in partes Sueciæ Regis, non inuiti transirent; & ne soli immemores officij, postea notarentur, ceteros quoq; intaminatæ fidelitatis in Reges, & Patriam, quâ vi aperta, quâ fraudibus occultis circumuentos, in eosdem calles pertraherent: cum pestifero hoc perditissimorum hominû catu, diutissimè decertauit; Magnanimus heros, & quia *IUDYCCIANO* sanguini Constantissimâ in

Reges fidelitate nihil est antiquius, generosissime probrosū facinorū detestatus, vinci nec technis, nec minis potuit; victus tamen prævalente aduersariorum potentia captiuusquē remansit: sed illibatam cōstantiæ virtutē, animumque æquē aduersæ sortis ac prosperæ victorem diū vincula iniecta stringere non poterant; euolauit citò in libertatem, quamuis cum dispendio fortunarum, & tantam bellicæ virtutis opinionem de se apud Sæcos reliquit, vt vel ad solam *IVDYCCIANI* nominis famam, postea Magnus Graff & alij eorum Duces copioso milite instructi sicubi *NICOLAVM VLADISLAVM IVDYCKI* adesse inaudirent, signa statim retrorsum verterent, & à pugna panico terrore perculsi declinarent. Suetici carceris ærumnis ad heroicæ fortitudinis miracula proficiens; post edomitos Tranlmarinos Gottorum leones, atram quoque Moschorum Aquilam bello adortus, per varia feliciū successuum incrementa planè confecit. Quid enim? An non exagitata timore expalluit Moschouia? quando in *MYSZENSIBVS* campis insigni clade à Lituanis profligatum lætissimum suum exercitum, cum *CHOVANSCIO* cernens; vidit pariter eximium perditatum Magni Ducis Moschouia à suis desertum, & in vicinis syluis præcis arboribus validè præmunitum ab *ILLVSTRISSIMO DOMINO NICOLAO VLADISLAO IVDYCKI* directis aptissime tormentis vel miserabiliter grandioribus inter sepimenta præcisarum arborum globis dilaniari; vel in apertum expullos à circumstantium militum cohortibus ad vnum omnes deleri. An non ingemuit grauitè Moschouia? quando post probrosam *CHOVANSCII* fugam, præsidium etiam Borisouiese, in angustias ab eo redactū vix spiritum trahere, & in dies casum n inari, audiuit. An non lacrynas amarissimi doloris indices vbertim fudit? & Bassia fluij aquas fletu suo an non auxit Moschouia? quando *DOEHORVKIVM* cum florentissimo

rentissimo exercitu; *ILLVSTRISSIMI Dñi NICOLAI VLADISLAI IVDYCKI* potissimum industriâ & virtute, in erigendis propugnaculis, in collocandis æneis tormentis, in disponendis pedestribus copijs, in submittendis opportunè auxilijs desudante; memorabili prælio fufum, castris exutum fugientemquè conspexit. An non lethale vulnus accepit Moschouia? quando pro *ILLVSTRISSIMO DOMINO IOANNE PAVLO SAPIEHA PALATINO* Vlnnensi exercituum M. D. L. supremo Duce absente, *ILLVSTRISSIMVS DOMINVS NICOLAVS VLADISLAVS IVDYCKI* bisin exercitu Lituano cum summa potestate VICARIVS; sub *MIEDZIAŁA* ingentes easquè non Lituaniæ modò sed Europæ formidabiles Moschorum copias in cladem Patriæ aduentare certus, parua suorum instructus manu, magnanimo pectore non solum expectare in campo decreuit, sed & tumido fastu tanquam ad certam victoriam & triumphum venientibus, ipse primus cruentæ pugnæ initium dedit, tanto ardore animi, & fortitudinis robore, vt enses hostili sanguine non duntaxat identidem cruentârit, sed confregerit; ac tandem post diuturnam & atrocissimam vtrinquè dimicationem gloriosâ si non victoriâ potitus, certe bellicæ virtutis opinione auctus, *CHOVANSCIVM* de spe subiugandæ Lituaniæ deiecerit. An non planè animam egit Moschouia? quando in summis rigidissimæ hyemis frigoribus, bellico in pectore calore æstuante, *CHOVANSCIVM* è clade profugum insecutus, cum eum è cauernis in quas se metu *IVDYCCIANÆ* fortitudinis abdiderat, euocare in Martiû campû ad arma nõ posset, cõpensaturus iacturam temporis, & cladem Lituaniæ, reciproca Moschouia vastitate, regionem hostium primus ex Lituanis ingressus Ducibus, à *PSCOVIA* initium sumendo latissimè ferro & flammis depopulatus est: vel

K

quando

quando munitissimas & valido præsidio defensas
DZISNENSEM, & SIEBIESIENSEM Ciuitates, quæ
per plures annos, Summorum Ducum conatus & im-
perus eluserunt, providentissimo consilio, & dexter-
itate militari inaudita; haud retardatus oppositis
tot fluminum impedimentis, intra vnius horæ spa-
tium, nullo suo, vel certè valde exiguo damno, è iu-
go Moschouiticæ seruitutis ereptas, in patriam liber-
tatem reuoluit; capto inibi *PALATINO* & præsidio
hostili vniuerso. Assurge nunc Regiæ nobilitatis Pa-
tria, Nobilissimæ Libertatis triumphale solium *LI-
TVANIA*, & per Europam facinora sæculis omnibus
prædicanda famæ committens, fortitudinem, Supre-
mi Ducis in munere, militis inuictissimi memorabilem,
fastis exorna; quæ nec Rhiphæo gelu saccincta hyems,
nec *DOŁHORVKIUS* cum *CHOVANSCIO* stipati in-
gentibus copijs, nec Vniuersa in arma consurgens
Moschouia retardare potuit, quin inchoatum victo-
riarum cursum constanti gressu prosequeretur; quia
palmas & laureas quibus publica ad gloriam coro-
naretur felicitas, in hostili campo legeret, quia au-
tos Patriæ triumphos & bellicis artibus partum im-
perium detractis perfido hosti Prouincijs ampli-
icaret. Debentur Tibi *ILLVSTRISSIME DOMINE
NICOLAE VLADISLAE IVDYCKI* bellator fortissime
tot *CIVICÆ*, quot ciues, recuperatis opulentis præ-
sidijs *DZISNÆ & SIEBIESII* seruasti; tot *TRIM-
PHALĒS* Coronæ, quot nobiles, è Moschouiticæ ty-
rannidis oppressione ereptos, in libertatē asseruisti.
Nominis Tui fama heroicorū in Rēpublicam merito-
rum diademate coronata, etiam post fata superstes,
in *SENATORIO ORDINE* ob præclarè impletum
officij munus, in *TRIBVNALIBVS & COMITIIS*
Regni ob seruatam Patriæ, & Regibus fidelitatem, ob
defensa nobilitatis iura; in Castris ob pugnata gloriose
prælia

prælia, semper triumphabit. Quousque stabit LI-
TVANIA, maximis tuis subleuata laboribus, recrea-
ta victorijs, exornata trophæis, memoriam Tui nun-
quam deponet. Et Societas IESV debitum benefi-
centiæ Tuæ gratissimi animi vectigal continuo ex-
pendet, Munificentissimi FVNDATORIS Col-
legij MYSZENSIS memor toties, quoties ad Aras
consistet: neque hæc memoriam aut leuata obliuio,
aut continuus temporum fluxus abolebit, quod vt
in eas potissimum tabulas relata sit, quæ animis con-
tinentur, ita parem cum animis habeant & ipsæ im-
mortalitatem. Cælo hæc imprimis tam illustri mu-
nificentiâ inscripta, nostris etiã pectoribus defixa
tam diu ijs adhærebit, quamdiu superesse poterit
hæc vita, quam Societati & Collegio MYSZENSI
Tuâ Beneficiâ inspirabit. Viuere iam nostris in ani-
mis cepisti Illustrissime Domine CASTELLANÈ
quod & Tu feceris vt viuamus, adeoq; vocem hæc
ac vitam quam tuo beneficio habemus, impende-
mus libenter memoriæ Tui nominis, quam in terris
perinde velimus etiã esse æternam, ac pe-
renni Tu in nos haud promeritos,
beneficentiâ exundasti.

